UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatvs Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XXXXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

Visual Library

Paraſceue nõ conficiatur corpus domini, qui cõmunicare voluerint habent ſacrificium ex die priori.

CAP. XXXXV.

QVoniam dies illa quæ Cœna dicitur, quartadecima dies eſt primi menſis, quando agnus Paſchalis ſecundum legem ad veſperã immolabatur, & de eius ſanguine vterq; poſtis cũ ſuperliminaribus liniebatur. Ideò dies illa cœna domini dicitur, quando dominus poſt completum Paſcha typicum ad verum Paſcha tranſiens, myſterium corporis & ſanguinis ſui primùm Apoſtolis dedit, cùm proditor precium ſanguinis à Iudæis accipiens CHRIſti ſanguinem vendidit. Vnde eo die Sacramentum altaris dominus inſtituit: quod in memoriam paſsionis dominicæ Chriſtianus populus colit. Vnde illo die præcipuè ſermo debet fieri vel de Sacramento altaris,

Cur hæc dies dicta ſit cœna domini perpulchrè docet.

Exod. 12.

Matt. 26.

vel de dilectione Chriſti. Poteſt igitur thema iſtud proponi, quod ſcribitur in Apocalypſi, ex vtraq; parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim per ſingulos menſes, &c.

CAP. XXXXVI.

Diem cœnæ ſequitur Paraſceue Domini, & quid eo die fiat, aperit

SEquitur de Paraſceue domini, quæ ſollemnis habetur, quia illo die Chriſtus patiebatur, & populus qui per lignum fuerat excluſus, reuocaretur. Paraſceue autem præparatio dicitur: quia tunc Iudæi præparabant cibos, quibus in Sabbato veſcerentur. Sicut de Manna quondam dicebatur, quod duplum in ſexta feria colligebatur, quia in Sabbato non permittebatur colligi. Circa horam nonam ad Eccleſiam cōueniunt fideles, repræſentantes hoc quod Ioſeph & Nicodemus venerunt ad ſepeliendum dominum. Legitur autem primò le-

Deut. 8.

Matt. 27.

ctio